

Gotescalchus Monachus & Presbyter damnatus a Rabano Mauro Archiepiscopo in Concilio Moguntino, deinde in Remensi, praeside Hincmaro, ad postremum in Concilio Carthaco verberibus caeditur, & carcere perpetuo concluditur, p. 243.

Gothorum in Italia dominarum Belisarius & Narses extinguunt, p. 169. n. 19. & seq.

Graci schismatici. De Gracis schismaticis cum Latina Ecclesia conciliandis actum est tribus celeberrimis Conciliis, Primum in Barrensi intra Apuliam sub Urbano Papa II. anno 1097. cuius acta intercederunt, in quo S. Anselmus Episcopus Cantuariensis Graecos disputando superavit, ut scribit Edinicus, qui Concilio interfuit, & Gulielmus Malmesburiensis. Alterum fuit Lugdunense secundum anni 1274. cui interfuit Gregorius Papa X. Ipsique Oratores Michaelis Palaeologi Graecorum Imperatoris, qui huius nominis abjuratis Graecis erroribus professionem fidei eliderunt, quam tenuit reliqua vita Michael. Tertium denique Florentinum sub Eugenio Papa IV. cui interfuit Joannes Palaeologus Graecorum Imperator cum fratre Demetrio, & Josepho Constantinopolis Patriarcha, alique plerique Graecorum Antistes, qui omnes, solo excepto pernicacissimo Marco Ephesino seppellim inter disputandum convicto, omnique sinceritatis experite, in concordiam cum Romana Ecclesia accesserunt, p. 322. & seq. & p. 367. cum seq. Ad ditione ad Symbolum approbatur, p. 370. Graecianum Imperium Nicolao V. Pontifice ann. 1453. definit in Constantinopolis Palaeologo, transitque ad Turcas, expugnata a Mahumete II. Constantinopoli, p. 373. n. 38.

Gratia Christi. Gratia Christi necessitate ad omne opus aeternae salutis meritum astringit permulta sacrarum Paginarum testimonia, tum etiam Sancti Patres & Conciliorum definitiones, p. 173. 174. & seq. Gratia praevient & promovet liberum arbitrium, p. 397. can. 4.

Gratia praedestinationis ac finalis perseverantiae non cadit sub meritum, ibid.

Gratianus. Gratianus Augustus ab Andragathio tyranni Maximi duce interceptus Lugduni occiditur. Cuius Imperio successit Theodosius Senior, quem ob rebellionem Maximi tyranni Gratianus idem ex Hispania in consortium Imperii acciverat, qui vicissim Maximum bello victum interemit. Et Valentinianum secundum ab Ariana matre Justina abductum in solio collocavit. Idem alterum tyrannum Eugenium, quem Arbogastes propugnabat, praelio victum & captum morti addidit. Ipse vero Arbogastes, qui Valentinianum necaverat, sibi suo gladio mortem conscivit. Solidoque demum Imperio Theodosius potius est, p. 62. n. 35.

Gregorius Thaumaturgus. Gregorius Thaumaturgus Neocaesariensis Episcopus, p. 44. 45. n. 31.

Gregorius Magnus. Gregorius Magnus cum esset Pelagii Papae Apocripharius apud Tiberium Imperatorem, Eutychem Constantinopolis Patriarcham ab errore contra tractabilem corporum resurrectionem concepto, pro quo & librum ediderat, ita convertitur, ut librum sponte igni tradidit, mortemque tractabilem & sensibilem corporum resurrectionem palam professus sit. Gregorii ejusdem in locum Pelagii Papae ex pelle defuncti electio, quam quoad fieri potuit, declinaverat, & in summo Pontificatu inextinguita erga pauperes & aegros caritas. Missio in Britanniam cum aliis sanctis operariis sancto Monacho Augustino, gentis illius ad fidem conversae dici meretur Apostolus, p. 170. n. 24.

Gregorius Magnus Rom. Pont. obstitit edicto, quo Mauricius Augustus constituerat, ne quis miles in Clerum aut in Monasterium admittiretur, nisi completo militiae auctoramento, aut redditis, quibus aliquis iure astrictus erat, rationis. Rex vero ad sola rationia coarctatus fuit, p. 195. n. 2.

Gregorius VII. Gregorius VII. ab Imperatore Henrico III. in arce S. Angeli Romae obsessus, & in extrema redactus, virtute Roberti Guiscardi Apuliae Regis, compulso in fugam Henrico, liberatur, & inde Salernum abductus praeteritis aeternis confectus interit, p. 262. n. 22.

Gundebaldus. Gundebaldus Burgundionum Regem Clodoveus bello vincit, p. 166. n. 6.

H

Habitus Clericorum. Habitibus Clericorum qualem esse conveniat, p. 119. p. 220. p. 437. & p. 374.

Haereses variae. Haereses primi saeculi Ecclesiae scilicet Simonis Magi, ejusque discipulorum Basilidis, Saturnini, Menandri, Cerinthi, Ebionis Divinitatem Christo abrogantium: Valentini quoque & Nicolaitarum, qui & Gnostici & Carpocratiani, quorum nefandus ritus cacodemon suscitavit, ut nascentem Ecclesiam difformaret, p. 4. n. 24.

Posterioribus saeculis emeruerunt Marcionitae duorum principiorum, boni & mali invicem adversantium assertores, quemad-

modum & Manichaei. Item Sabellianorum omne discrimen personarum in Deo auferentium, Novatianorum insuper quoscunque lapsos etiam poenitentes ab Ecclesia rejicientium. Praeterea Paulianitarum Christum esse Deum insipientium, p. 43. n. 21. haereses praeterea Pelagianorum, Eutychemorum & Nestorianorum, p. 128. n. 16. p. 142. Item Etychianorum contra Verbi Divinitatem eorumque historia, p. 67. & seq. p. 85. & seq. haereses etiam Monothelitarum, p. 196. n. 7. Iconomachorum, p. 213. n. 2. & seq. Quam Nicana Synodus profligavit, p. 216. Haeresis quoque Berengarii, p. 269. Catharorum seu Albigenium, seu Patrenorum ac Manichaeorum in Valconia repullulantium, p. 295. n. 7. Vvicleffi, & p. 344. & p. 355. 356. Luheri, Zuinglii & Calvini, p. 379. n. 15.

Helvetii. Helvetii tempore Alberti Aultriaci jugum Imperii excutiunt, seque in libertatem vindicant, p. 296. n. 15. Helvetii tribus praesidiis magnas clades Carolo Burgundiae Duci ad Granonem, Muratum, & Nancejum in Lotharingia, quo loco profligatis Burgundis Carolus moritur, p. 197. & p. 374. n. 41.

De Helvetiis memorabilis Francorum victoria ad Marinianum, quam sequitur Mediolani deditio, p. 377. 378.

Helvetii haereticis. Helvetii haereticis fudente Zuinglio bellum movent in Catholicos pagos, ut per vim illos ad suam haeresim adigant, signisque semel iterumque collatis injusti aggressores magna strage cedunt. In secundo congressu Zuinglium cum suis Tigurinis pugnant interimitur. Victores Catholici missis Legatis festarios ad pacem hortantur, & sic antiqua foedera instaurantur extincto Zuinglio, qui fax & incensor belli extiterat, p. 380. n. 19.

Henricus II. Henricus ejus nominis secundus ab Aucupio Imperator, quo tempore Saraceni pariterque Graeci & Normanni de Apulia dominatione bello decertabant, Saracenos armis compescuit Graecos etiam acie superavit, a quibus Trojam, quam ipsi condiderant, deditione accepit, aliaque oppida, unde illos eiecit. Normanno etiam Rainulpho Averlam cum titulo Comitatus concessit. Bambergensem Episcopatum, aliaque passim fundavit Ecclesias. Stephanum Hungariae Regem peraque sanctum sibi affinem fecit, data illi in conjugem sorore sua Gisla: ipsamque Hungariam ab idolorum cultu ad Christi fidem tradidit. In transitu annis Mosae Christianae humilitatis specimen egregium dedit. Cum enim in oppositas ripas Henricus Caesar & Robertus Franciae Rex honorifici congressus postredie habendi causa obscura jam nocte appulissent, parante Roberto animum primo diluculo trajicere, praevenerat ab Henrico fuit fuit auctoram. In mutuos amplexus ambo ruerunt, sacre Liturgiae simul interfuerunt, & certatim alter alteri primos honores detulerunt, simul pacti de amplificanda Ecclesia, de tuenda religione, de reformandis bonis in populis moribus. Oblata invicem opulenta munera recusant, sed religiosa dona alter ab altero sacraeque reliquias accepit. Denique S. Henricus ejusque sancta uxor Cunegundis servarum virginum florem in caelum extulerunt, p. 260. & seq.

Henrico II. defuncto succedit in Imperium Conradus I. ex Vormaciae Ducibus. Conrado ejus filius Henricus III. quinque annis puer, cujus duravit Imperium, maximo Ecclesiae, contra quam perpetuum bellum gessit, detrimento, ad duos & quinquaginta annos p. 261. 262. n. 14.

Henricus III. Imp. Henricus III. Imperator ipsoque demortuo filius ejus Henricus IV. Ecclesiam Christi summoque Pontifice diu infestati sunt, multos obrutere Romae Pseudopontifices, coeque, qui legitime promoti fuerant, continuis factionibus & bellis vexaverunt. Interdum ad poenitentiam claudibus urgentibus redacti, ad pristinae malitiae deflexerunt. Pater quidem Canusii (que arx erat Comitatus Mathildis, in quam se receperat Gregorius Papa VII.) aliquando reconciliatus, sed iterum in Ecclesiam perduellis proprium filium in se rebellantem passus est, & in Leodium fugiens omnibus invisus, in excommunicatione infelix exspiravit, p. 275. n. 1. & seq.

Henricus IV. Imp. Henricus IV. illius filius post propriam parentem a se bello exterminatum, assumpto Imperio Ecclesiam bello internecino infestatus est. Intruso schismatico Papa adversus Paschalem II. Italiam armis flammisque pervasit: Paschalem cum Cardinalibus in tetros carceres conjecit. Sed pessimus Princeps Deum sensit ultorem: innumeris enim cladibus & populorum defectibus undique confectus pacem, quam violaverat, ultro expetiit, missisque Roman oratoribus, investituris, quarum causa Europam perturbaverat, renuntiavit, veniamque rogavit, p. 275. n. 3.

Henricus Lutzemburg. Henricus Lutzemburgus, Clemente V. Pontifice totam factionibus & bellis infestavit Italiam, p. 332. n. 5.

Henrici V. & VII. Angl. Reges. Henricus V. Angliae Rex Catharinam Caroli VI. Franciae Regis, sed mente impotens filiam uxorem ducit cum dotalis Franciae regno, a quo excluditur Carolus Delphinus: interim Henricus Anglus declaratur Franciae Regens, quamdiu Rex Francus victurus esset. Haec omnia urgente Regina Isabella Bavaria Franci Caroli uxore, p. 350. n. 25.

Henrici VIII. Angliae Regis apostasia, p. 379. n. 16.

Henricus IV. Franciae Rex praelio Ivriaco victor, Lutetiam obsidet, haeresinque Calvinianam ejurat, p. 382. n. 32.

Herac-

Heraclius. Heraclius ultor patris a Phoca caedis Imperatoris Graecorum Mauricii, quem una cum liberis Phocas trucidarat, ejusque invaserat Imperium, ex Africa, cujus erat Praefectus, cum instructa classe solvit, Constantinopolim occupat, populum in tyrannum odio fretus Phocam trucidari iussit. Interim Persae, qui bellum quoque Phocae intulerant, Asiam populabantur, rotamque armis & praesidiis tenebant. Heraclius quascunque contrahere copias valuit, in Persas eorumque Regem convertit, multique conficis praesidiis in fugam compellit. Costoos ad extrema redactus regnum in filium natum minorem transfert. Quam rem indigne ferens major natu Siroes cum regni proceribus in patrem conspirat simul & in fratrem, & utroque occidit pacem cum Heracleo componit, provincias occupatas & captivos restituit, ipsamque Domini crucem, quam Heraclius propriis elatum humeris cum solemnibus precibus & hymnis in Ecclesiam Hierosolymitanam transportavit. Ex illo regressus bello Monothelitarum haeresim edicto, quod Ethein vocavit, in Ecclesiae perniciem roboravit, fudentibus Cyro Alexandrino, Sergio Constantinopolitano, Athanasio Jacobitarum Episcopis, p. 196. n. 5. & seq.

Heribertus. Heribertus Veromandorum Comes per ambitionis excessum regibus suis perduellis, populorumque perturbator, Carolum cognomine Simplem Franciae Regem pretextu conciliandae pacis captivum cepit, & Perone carcere conclusit, in quo detentus Rex mortem obiit. Audito Regis infortunio Edgina ejus conjux in Angliam cum Ludovico filio (qui postmodum in paternum regnum revocatus dicitur ideo est Transmarinus) ad fratrem Adalstanum Angliae Regem se recepit. Quo intervallo conspirantibus Heriberto & Hugone Magno Parisienium Comite cum filio Hugone Capeto (qui postmodum tertie Regum Francie progenie caput exiit) regnavit in Francia Rodulfus, p. 229. n. 17. Idem Heribertus ne ququam se invito Franciae Rex inauguraretur, filium suum nondum plene quinquennem Remensis Ecclesiae, in qua caelestis liquor asservatur, quo Franci Reges liniri solent, designavit Archiepiscopum vivente Seulpheo Remensium Praesule. Cumque Seulpheus diutius vitam suam prorogaret quam voluisset Heribertus, qui pactum inierat de futura post ipsius mortem successione filii infantis, veneno extinctus est. Innotiosam factionem istam diplomate confirmavit Joannes Papa VIII. quo etiam Abboni Suseionum Antistiti sollicitudinem Remensis Ecclesiae demandarat, si forte Seulpheus morti differret, antequam esset puer capax per aetatem muneris ferendi Episcopatus, p. 257. n. 18.

Hermenegildus. Hermenegildus Leovigildi Vifgotorum Regis natu prior filius Ingundem Regis Sigiberti Metensium Tetrarchae ex Brunehilde filium Catholicae fidei tenacem acceperat uxorem. At socrus Gostunta Leovigildi Ariani Regis postquam nurum Ingundem blanditiis frustra in Arianam impietatem pellicere tentavit, hoc ipsum per aeternas & cruciatas nisa est extorquere, clam consentiente & dissimulante Leovigildo, qui etiam subditos Catholicos infestabat. Ingundis maritum Hermenegildum adiutorem habens Leandrum Hispanis Antistitem convertit ad Christianam professionem. Qua ex causa Leovigildus exarscens diram movit persecutionem, filiumque Hermenegildum in vincula traxit, quem a sancto proposito dimovere nullatenus valuit, perque immixtum apparitorum infixa in cerebrum securi trucidavit. Sed ipsam suae crudelitatis mox poenituit, & quamvis Arianismum non egerat, mitem se erga Catholicos deinceps exhibuit. Quinetiam minorem natu filium Recareduum ad fidem orthodoxam converti non moleste tulit, eumque regni successorem designavit. Hic vero post patri obitum consensente Leandro totius Hispaniae Concilium nationale pro stabilienda recta fide indixit, quod est tertium Tolletanum, cui primus subscripsit, p. 193.

Herodes. Herodes senior, qui ab ortu quoque dicitur Idumaeus, bis regnum Judaeae a Romanis obtinuit. Primum ab Antonio triumpho, cujus fuerat partes confectus; Deinde post Antonii mortem ab Octavio Augusto. Idem a Magis Christi adoratoribus elusus infantes Judaeos trucidavit. Ille Mariannem ex Hasamonzorum progenie duxit uxorem, cujus fratrem Aristobolum Summum Judaeorum Pontificem per irvidiam, eo quod esset populo Judaeorum acceptissimus, in balneo jussit suffocari. Illam vero cum ejus matre Alexandra interiecit. Duos etiam praesentis indolis liberos ex Marianne susceptos per calumnias alterius filii ex altero conjugio nati Antipatri supplicio affecit Alexandrum & Aristobolum. Quinetiam ipsum Antipatrum patris vitae insidiam necari iussit. Mortuo seniore Herode regnum ejus in Tetrarchias divisum est inter superstitios liberos, Archelaus Judaeae dominatus ab Augusto imperavit. Sed post aliquot annos ab Augusto Lugdunum relegatur, & Judaea Syriae provinciae contribuitur. Herodes autem Antipas is, qui Joannem Baptistam decollavit, & JESUM in passione derisit, abaque veste induit, Galilaeam sortitus est. Herodes porro Agrippa Aristoboli a patre inrempiti filius a Tiberio Caesare in vincula missus, eo quod Cajo Caligulae precatus esset imperium, statim a Tiberii morte caetera ferrea solutus a Caligula donatus est alia ejusdem ponderis aurea, & Philippo atque Lyfanis Tetrarchias cum regis appellatione. Quae gratia Herodias ambitionem reginae nomen aestantius accendit. Haec enim Philippo viro suo spreto cum illius fratre Herode Antipa Galilaeae Tetrarcha matrimonium inerat. Cui obtemperans Antipas Romam proficiscitur petiturus a Caio regium decus. Sed insensum sibi Caesare-

Caesariis, Historiae Ecclesiasticae.

rem reperit literis Agrippae irritatum, & in perfidia suspitionem adductum & expetitur regium nomen mutavit exilio, translata ab eo in aemulum Agrippam Galilaeae tetrarchia. Exultans virum sponte sequuta est Herodias, Agrippa vero in superbiam elatus Jacobum Joannis fratrem & Apostolum gladio occidit, Petrum vero pari supplicio perimendum militum custodiz tradidit, ex qua illum Dei Angelus eduxit. Agrippae quoque ditionem Claudius attributo eidem Judaeae regno auxit. Inde factum est, ut Agrippa patrem cum avo Herode Idumaeo potestatem nactus sit. Sed illa mundana gloria funesto exitu desit; cum enim apud Caesarem concionem haberet, gauderetque sibi tanquam Deo a populo acclamari, eadem hora percussus ab Angelo paulo post in cruciatibus exspiravit, p. 2. n. 8.

Hierarchia Ecclesiastica, p. 74. 75. n. 1. 2. 3. p. 117. n. 1. p. 495. n. 46. & ibi scholia, & fess. Trid. 23. & p. 89. n. 8.

Hilarius. Hilarius Pictavorum Episcopus eo quod strenue se Arianis opponeret, mittitur in exilium in Orientis plagas, factione Saturnini Arelatenis Episcopi. Dum exulat, Seleucienf Concilio Arianorum interfuit, in quo Arianam haeresim fortiter impugnavit. Redux Arianos Episcopos prosequutus est, ut illos disputando coram Constantino convinceret. Illi vero ejus acumen pertinaces Constantino suaserunt, ut ipsum postliminio in Galliam remitteret. Quo reversus cum esset, innumeros ab Ariana impietate reducit, & Ecclesiam nova luce laetitiaque perfudit, Parisiensem Synodum aliaque convocari fecit, in quibus vera fides praevaleuit, p. 88. n. 7.

Hincmarus. Hincmarus duo fuere, scilicet Rhemenfis Archiepiscopus, ejusque ex fratre nepos Episcopus Laudunensis. Patrus Hincmarus adeo se in gratiam Caroli Regis dicit Calvi (quem sacra Concilia eorumque temporum historiae subdolum, avarum, sacrilegum, & Ecclesiarum dissipatorem referunt) insinuaverat, ut cuncta ad nutum Rhemenfis perageret. Hac subnixus gratia Rhemenfis infensus Laudunensi hunc in conciliabulo Vermeisendi dire persequitur & opprimit. A suspectis & per metum adactis judicibus provocat Laudunensis ad Adrianum II. Romanum Pontificem, qui causae cognitionem ad se evocat. Sed sub excubiis postus & vinculis alligatus causam suam profecti non potuit. Mortuo Adriano subiectus Joannes VIII. qui a Saracenis bello appetitus est, universam popemodum Italiam, nemine in auxilium accurrente, subgenitibus per Calvi regis simul & Imperatoris segnitium & feordiam. Ad extremam redactus necessitatem Joannes, neque aliter valens imploratum auxilium impetrare, inaudito, & in catena detento Laudunensi, soloque audito Rhemenfis quasi vadimonium obeuntis procuratore, ad hujus libitum judicat. Interim intra carcerem immani crudelitate Laudunensi oculi effodiuntur. Nec tamen suppliciter petitis supplicibus Calvus praesistit. Moritur inglorius cunctisque invisus Calvus. Pontifex vero Joannes a Saracenis oppressus clanculum & inter multa pericula evadit in Galliam, ubi a Ludovico, cui cognomen Balbo, magnifice excipitur. Tum suadente conscientia Hincmari causam aggreditur cognoscendam, convocato in id Tricassino Concilio, in quo Laudunensis ex vinculis eductus causam suam tueri, Rhemenfis confusus vadimonium deserit. Episcopi innocente Laudunensis, & oppressionis, quam passus fuerat, confessi, cessante Calvi formidine, de rebus, prout gessit erant, Joannem Papam plene instrunt; qui Laudunensem injuste assequitur pronunciat, & cum exaerato dispensat, ut possit assistente ad latus Sacerdote sacrum celebrare. Episcopi praegaudia lacrymantem Laudunensem ornatu Pontificio circumfusi amittunt, eique proventuum Episcopatum pars ad victum assignatur, p. 244. 245.

Hispania. Hispaniarum quatuor Reges Castellae, Aragoniae, Lusitaniae, & Navarreae Ilamolinum Tunisi regem, qui vincendo universam Hispaniam a Gadibus usque ad Pyrenzos peragravit, conjunctis viribus ad Tholofam Hispaniae oppidum adorti, ejus exercitum caesis acie ducentis millibus profligant. Deinde vicissim post anno Ferdinandus Castellae Rex Cordubam expugnavit, palmarum Maurorum arcem, ut nihil eis reliquum fuerit praeter Granatense regnum, p. 295. n. 8.

Hispani. Hispanorum de Mauris mirifica victoria, qua Abobacenus Rex Maurus tres amittit filios, ipseque suis copiis internecione caesis fugam arripuit, ann. Chr. 1340. p. 334. n. 18.

Honor. Honor in imagini inhihibus ad ipsum exemplar refertur, pag. 217. n. 8. Honorandae pariter Sanctorum reliquiae, p. 218. n. 12. & 13.

Hugones varii. Hugo Arelatenfis Rex Rodulfum Italiae Regem atque Burgundiae Italico regno depellit, regnumque Italiae annis viginti possidet. Marofiam nuptum accipit, & cum ea Romanam urbem & arcem munitissimas dotis nomine. Sed exorto jurgio inter Hugonem & Albericum, quem ipsa Marofia ex Adelberto Tusciae Marchione pepererat, exurgit contra Hugonem ejusque filium Lotharium Berengarius secundus Eporediae Marchio, qua ex causa Hugo in Gallo provinciam revertitur, relicto in Italia Lothario filio cum Regis titulo, una cum ejus uxore Adelaide praesati Rodulfi Burgundiae regis filia, quem Hugo Italiae regno exueat. Veruntamen ubi Lotharius vita excessit, Berengarius Eporedienf integro potitus est Italiae regno cum filio Adelberto, p. 256. n. 9.